

Hemiptera Sumatrana

collecta a dom. **Henrico Dohn,**

enumerata et descripta a **Gustavo Breddin.**

Pars II.

Fam. Pyrrhocoridae.

Lohita grandis Gray.

var. **sumatrana** Dist.

Soekaranda (Januar).

Occurrit etiam in insulae Borneo meridionalis parte orientali (!).

* **Physopelta limbata** Stål.

(Syn. *Iphita limbata* Stål, Enum. I. p. 99.)

Species variat alis vel rudimentariis vel plus minusve completis. In speciminibus alis rudimentariis praeditis, ut saepe in Heteropteris occurrit, etiam pronotum transformatum est formaque angustiore et planiorem exhibet. Dom. Stål specimina tantum alis destituta vidit.

Forma alata.

♂♀. Corpore elongato, pone humeros subaequilato. Prothorace distinctissime transversali, inter humeros quam longitudine sua paulo minus quam duplo latiore (5 : 3), trapezoidali; marginibus lateralibus subdilatatis, circa medium leviter sinuatis; supra paulo ante medium leviter transversaliter impresso, lobo antico leviter convexo, ad marginem anticum depressiusculo, depressione tamen linea impressa haud separata. Membrana lata, apicem abdominis distincte superante.

Specimina inter formam typicam inalatam et nostram alatum intermedia haud desunt.

Membrana variat nunc omnino nigro-fusca, nunc limbo costali et apicali albescenti. Rostro nunc inter coxas inter-

medias extenso, nunc basin ventris superante. Antennarum articulo quarto cum primo nunc aequilongo nunc eo brevior.

Soekaranda (Januar), formae typica et alata.

Physopelta gutta Burm.

Soekaranda (Januar).

* **Physopelta albofasciata** Deg.

Soekaranda (Januar).

Specimina vidi reportata ex insulis Java, Banguay, Palawan.

* **Physopelta villosa** n. spec.

Corpore elongato-ovato, undique flavescenti-villoso. Capite breviter triangulari, latitudine sua cum oculis distinctissime brevior. Pronoto late subtrapezoidali, inter humeros quam longitudine sua mediana paulo minus quam duplo latiore (5 : 3). Marginibus lateralibus circa medium sinuatis, ante medium rotundatis, totis carinatis nec reflexis; carina versus humeros evanescenti; margine postico late rotundatulo. Pronoto supra in medio transversaliter impresso, impressione obsolete carinulata (ferè ut in quibusdam *Ectrichodiinis*); lobo postico subplano (limbo humerali subelevato excepto), dense et sat rude punctato, antice carinula mediana obsoleteuscula instructo; lobo antico longitudinaliter convexiusculo, antorsum ad marginem anticum subito declivo. Scutello aequilaterali, plano, cum clavo corioque, huius limbo costali excepto, remote punctulato; punctis clavi in series plus minusve regulares ordinatis. Membrana in utroque sexu apicem abdominis attingente. Rostro basin ventris attingente; articulo primo oculorum marginem posticum haud attingente; articulo tertio secundo longiore. Capite inferiore profunde sulcato; mesosterno medio distincte carinulato. Femoribus anterioribus subtus biserialiter dense et acute granulatis, ante apicem tuberculis paucis paulo maioribus nonnunquam munitis. Tarsis gracilibus, posteriorum articulo primo apicalibus duobus simul sumptis duplo longiore. Antennis crassiusculis atque breviusculis; articulo primo capite vix longiore;

articulo secundo quam primo, et iterum articulo quarto quam secundo paulo longiore; articulo tertio quam secundo fere duplo brevior.

Nigro-fusca, coxis, trochanteribus, tarsorum articulationibus et ventris disco in ferrugineo-piceum dilutis; rostro sordide flavescenti. Prothoracis marginibus lateralibus (humeros versus paulo dilatatis), corii limbo costali basin versus introrsum diffuse subdilatato, dorso abdominis, connexivo supra subtusque segmentoque genitali maris aurantiaeo-rubris. Antennis nigris; articulo quarto, basi et apice imis fuscis exceptis, eburneo. Membrana nigra, angulo basali interiore et basi ima subaurantiaeo-fuscis. Alis leviter fumigatis, venis fuscis.

Long. corp. 7—9 mm; lat. hum. $2\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{4}$ mm.

Soekaranda (Januar), Liangagas.

Species *Ph. pilosae* Stål philippinensi forte affinis tamen certissime distinctissima. Differt ab omnibus, quas quidem cognoscam, congenericis praeter parvitatem corporis, brevitatem antennarum, pilositatem densam, praecipue incisura etiam segmenta tertium et quartum separante lateribus valde antrorsum curvata, segmento ventrali tertio medio quam in lateribus duplo longiore.

Antiloehus bicolor Leth.

Soekaranda (Januar).

Praeterea Banguey (!).

* **Ectatops rubiaceus** Am. & S.,
cum var. **ophthalmicus** Burm.

Soekaranda (Januar).

Occurrit etiam in ins. Palawan (!).

* **Ectatops obscurus** Vuillef.

Soekaranda (Januar).

* **Ectatops speculum** n. spec.

Capite elongato-triangulari; antennarum insertionem ab oculis quam ab apice capitis distincte magis distante; oculis stylatis

subnrsrum directis. Pronoto quam longitudine sua fere tertia parte sua latiore (3 : 2), paulo ante medium sat fortiter transversaliter impresso, extus distincte carinato-marginato. Scutello basin versus convexo ibique medio nonnunquam subtuberculariter elevato. Rostro medium segmenti quarti ventralis attingente. Antennis medioeribus, articulo primo quam capite nonnihil brevioribus.

Nigro-fuscus, breviter flavo-griseo-puberulus. Antennarum articuli quarti annulo lato subbasali, scutelli apice femorumque posteriorum basi cum trochanteribus albo-luteis, tibiis apicem et tarsis basin versus saepe sordide ferrugineo-fuscescens. Hemelytris pulchre ochraceis; clavo toto, corii linea percurrente rimulam et venam principalem sequente eiusdemque limbo toto angusto piceo-brunneis. Membrana dilute flava; limbo toto sat lato nigro-fusco. Ventris maculis submarginalibus rotundatis typicis glanduligeris nigerrimis.

Long. corp. ♂: 8—8½, ♀: 10—10½ mm; lat. hum. ♂: 3, ♀: 3½ mm.

Soekaranda (Januar.)*

Saldoides n. gen.

Capite horizontali, elongato, latitudine sua cum oculis distinctissime longiore; oculis medioeribus sessilibus vel vix stylatis, semiglobosis; capite inter oculos transversaliter convexo, superne viso ab oculis usque ad apicem tuberculorum antennalium dilatato

*) Species, ut videtur, *E. adusto* Walk. affinisissima, differt tamen, si recte describit auctor, antennarum articulo quarto albo-annulato, rostro longiore aliisque notis.

E. nervosus n. spec.

E. speculo omnino similis, at membrana nigro-fusca, venis omnibus fere usque ad marginem ipsum luteo-albis.

Borneo (Baram flumen, Kükenthal leg.), Banguey.

Hanc formam varietatem *E. speculi* simillimi existimare nequeo propter colores membranae omnino aliter dispositos (Disco inter venas in *E. nervoso* nigro, in *E. speculo* luteo; iterum apiculus venarum in limbo peripherico in *E. nervoso* luteis, in *E. speculo* nigris). Est species propria quanvis affinisissima, in Borneo insulisque proximis *E. speculi* vicaria.

et hic latissimo. Capite inferiore punctato; bucculis minusculis fere rectangularibus; marginibus lateralibus capitis inferioris inter bucculam et antennarum insertionem dente lato apertangulari etiam a supero bene distinguendo armatis. Pronoto trapezoidico, inter humeros quam capite eum oculis duplo latiore; marginibus lateralibus carinatis, antice distincte calloso-reflexis. Scutello distincte convexo. Hemelytris clausis abdomini fere aequalis; angulo apicali corii extus oblique detruncato. Meso- et metasterno longitrorsum carinatis; pleurorum arcis scapularibus circum-punctatis. Ventre basin versus subsulcato. Rostro longo, ventris medium longe superante. Pedibus mediocribus; femoribus anticis spinulis nonnullis armatis, ceteris inermibus; tarsorum posteriorum articulo primo quam apicalibus duobus simul sumptis multo longiore. Antennis tenuibus; articulo primo capiti vix aequali et quam articulo secundo haud vel vix longiore.

Genus *Ectatopi* affiue, structura capitis aliisque notis facile distinguitur.

* *S. ornatus* n. spec.

♂: Capite pronoto longiore; hoc paulo ante medium supra et in lateribus distincte constricto; marginibus lateralibus pone stricturam rectis, ante stricturam rotundatis ibique distinctissime calloso-reflexis; parte cicatricali convexa, subbituberculata, postice rude, antice subtiliter circum-punctata, ceterum cum capite superiore et laterali corporeque inferiore impunctatis. Postpronoto, scutello, corio cum clavo prostethioque secundum marginem anticum sat fortiter atque rude punctatis. Membrana apicem abdominis haud superante. Rostro basin segmenti septimi ventralis attingente; articulis primo secundoque aequalibus, apicalibus deinceps brevioribus. Femoribus anticis subtus apicem versus spinulis duabus minutis armatis. Antennarum articulis secundo quartoque subaequalibus; tertio tenui, quam ceteris multo brevior.

Corpore, cum dorso abdominis, nigro, glabro, supra opaco, infra nitidulo. Antepronoti marginibus lateralibus callosis, post-

pronoti angulo humerali glabro, corii macula parva triangulari costali prope angulum apicalem posita maculisque in angulis apicalibus segmentorum connexivalium supra subtusque positis laete sanguineis. Antennarum articuli quarti annulo latissimo subbasali basique angustissima articuli tertii albo-luteis. Rostro (Imius articulis basali et apicali paulo obscurioribus), tibiis apicem versus tarsisque plus minusve piceseenti-flavis vel ferrugineo-flavis. Membrana fusco-nigra.

Long. corp. 9 mm; lat. hum. $3\frac{1}{2}$ mm.

Soekaranda (Januar).

* *Euscopus parviceps* n. spec.

♂♀: Corpore subovaliter elongatulo. Capite minuseulo, quam pronoti latitudine collari angustiore, cum oculis fere aequalateraliter triangulari; oculis sessilibus, sursum omnino non directis. Bucculis brevibus, modice elevatis, angulum fere rectum apice acuminatum efficiuntibus. Pronoto sat fortiter transverso, inter humeros quam longitudine sua mediana fere duplo latiore (5 : 3), extus sat late calloso-marginato, callo versus humeros dilatato-evanescenti; margine postico late rotundatulo; marginibus lateralibus paulo ante medium levissime sinuatis. Pronoto supra paulo ante medium transversaliter impresso; area cicatricali modice convexa glabra, lineis distincte punctatis undique circumscripta. Hemelytris in utroque sexu apicem abdominis attingentibus. Meso- et metasterno medio carinatis; lineis impressis areas scapulares pectoris includentibus omnibus punctatis. Rostro coxas posticas haud vel vix attingente; articulo primo quam capite paulo brevior et articulo secundo aequalongo; articulo tertio quam secundo et iterum quarto quam tertio paulo brevioribus. Femoribus anticis subtus pone medium spinulis duabus distantibus armatis; tarsorum posteriorum articulo basali quam articulis apicalibus simul sumptis distincte longiore (3 : 2). Antennis breviusculis; articulo primo omnium longissimo articulisque secundo et tertio simul sumptis fere aequalongo; articulis quarto et secundo aequalo-

libus. Pronoti area cicatrici inimpunctata; lobo postico cum area angusta collari rude et densiuscule punctato, limbo laterali calloso, glabro. Scutello et hemelytris dense punctatis; punctis clavi in series subconfusas ordinatis.

Corpore cum rostro, pedibus antennisque nigro, opaco. Corii limbo angusto costali abdomineque supra subtusque dilute sanguineis; ventre flavescenti-sericeo, incisuris omnibus (medio angustissime, latera versus latius nigro-fuscis, extus decurtatis) maculisque atrinque tribus rotundatis nigris. Articuli antennarum quarti parte maiore basali (basi ipsa excepta), prothoracis margine calloso laterali retrorsum paulo dilatato, scutelli saepe apice, nec non macula glabra punctiformi corii mox ante suturae membranalis medium posita eburneis. Membrana sordide picescenti; alis hyalinis, apice leviter infuscatis.

Long. corp. 8—10 mm; lat. hum. 3—4 mm.

Soekaranda (Januar).

Praeter caput distincte augustius oculosque ne minime quidem stilos cum genere *Euscopo* omnino congruit; habitu quodammodo *Scanti* admonet, a quo buccularum structura ceterisque differt.

* **Aeschines bucculatus** Stål.

Soekaranda (Januar).

Occurrit etiam circa Perak Malaccae (!).

* **Melamphaus faber** Fab.

Varietas typica, sanguineo-maculata, varietas alia supra omnino nigra et varietas intermedia supra nigra macula corii magna obsoletissima in insula occurrunt.

Soekaranda (Januar).*)

* **Dindymus albicornis** Fab.

Soekaranda (Januar).

*) *Melamphaus circumdat* Walk. (1873) = *Antilochus reflexus* Stål (1863).

* **Dindymus Thunbergi** Stål.

Specimina pulchre aurantiaco-lutea. Pronoti sulcis transversis tenuissime, scutelli basi, articuli quarti antennalis imo apice, tarsorum articulis duobus apicalibus, macula basali ventris pectoreque tantum in hac varietate nigris vel piceis.

Species monticola sec. dom. Dohrn.

Sinabong.

Dindymus rubiginosus Fab.

Soekaranda (Januar, in copula!).

Specimina etiam vidi ex insulis Java et Celebes reportata.

Dindymus Debyi Leth.

Soekaranda (Januar).

Occurrit etiam in ins. Borneo (!), Banguey (!), Palawan (!).

Dysdercus cingulatus Fab.

Soekaranda (Januar, in copula!).

* **Dysdercus poecilus** H.-S.

Soekaranda (Januar, in copula!).

Neue Pepsis-Arten

aus dem königl. Museum für Naturkunde zu Berlin.

Von Dr. **Günther Enderlein**.

Pepsis Staudingeri nov. spec.

Tief samtschwarz mit geringem blauen schwach violettem Schimmer. Dicht und äußerst fein pubescirt. Parapsidenfurchen scharf eingeschnitten. Antennen schwarz, Unterseite grau angehaucht, letztes Glied roth, auf der Unterseite die drei letzten Glieder roth. Vorder- und Hinterflügel stark rothgelb mit intensiv rothem Glanz. Die Vorderflügel außerhalb der geschlossenen Zellen dunkelbraun, 3. Cubitalzelle und 2. Discoidalzelle schwach angeraucht. Die Flügelspitze mit weißlich hyalinem Randsaum.